

Dissertatio CCVII.

70



Act. 3. in qua Patriarcha Tarasius in confessione fidei, quam ibidem profert, vocat pariter Beatam Mariam semper Virginem. Concilium Ephesinum in Epist. Cyrii ad Joannem Antiochenum, & referatur cap. cum praecella, extra de reliquiis, & venerat. Sanctorum. Concilium Lateranense V. sub Martino V. Confult. 5. Can. 3. Si quis secundum Santos Patres non confitetur proprio, & secundum veritatem, Dei genitricem Sanctam, semper Virginem, & immaculatam Mariam, utpote ipsum Deum Verbum specialiter, & veraciter, qui a Deo Parte ante omnia secula natus est, in altimis seculorum absque semine concepisse ex Spiritu Sancto, & incorruptibiliter eam genuisse, indissolubili permanente, & post partum ejusdem virginitate, condemnatus sit. Denique in Symbolo Apostolorum, in Symbolo Niceno, & in Symbolo Constantinopolitano legitur: *Natus ex Maria semper Virgine.*

IV. Probatur ex Patribus Graecis. Justinus Dialogo cum Tryphonie Iudeo. Epinesi habitus, de cuius genuinitate Bellarminus non dubitat: *Quod quidem certe in genero juxta carnem ipsius Abraham nemo unquam e Virgine natus sit, neque natus esse dicitur sit, praterquam ipse noster Christus, omnibus est manifestum &c.* Filium hominis se ipsum Christus vocavit a nativitate sua e Virgine, quae, sicut dixi, Davidis, & Jacob, & Isaac, Abrahamique genero fuit &c. Christus ex Virgine homo genitus, ut qua via a serpente inobedientia initium sumpsit, eadem via etiam exitium caperet. Eva enim cum Virgo esset, & incorrupta, serpentis verbo concepto, inobedientiam, & mortem peripit: fide autem & latitia concepta Maria Virgo, cum nuntiata ei latum Gabriel Angelus attulisset: *Fiat mibi secundum verbum tuum.* Et orat. ad Antoninum Pium: *Atque hic Spiritus, cum in Virginem illapsus esset, & illi obumbrasisset, non per concubitum, sed per virutem, pregnantem eam, reddidit.* Irénæus lib. 3. cap. 27. Et in eo, quod dicit: *Audite Domini David significantis erat: quoniam quem promisit Deus David de fructu ventris eius aeternum susciteturum se Regem, hic est, qui ex Virgine, quae fuit ex genere David, generatus est.* Propter hoc enim & de fructu ventris eius Regem, promisit, quod erat proprium Virginis pregnantis, & non de fructu lumborum ejus, nec de fructu renum ejus, quod est proprium viri generantis, & mulieris ex viro conceptionem facientis. Eusebius Cæsareensis de demonstrat. Evangelica lib. 4. cap. 10.

Christus more nostro est editus; & mortalis instar hominem induit; sed non tanquam homo, verum ut Deus de purissima, nullaque experita Virgine nuptias. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 12. „ Sed convincere nos student, tam Graeci, quam Judæi, & dicunt, quod erat impossibile, „ Christum de Virgine nasci. Graecis igitur primum ex ipsorum fabulis os obstruamus. Qui enim dicitis projectos lapides in homines mutari, quomodo Virginem parere posse, negatis? Qui ex Iovis cerebro natam filiam fabulamini, quomodo ex utero virginali nasci aliquem impossibile esse, dicitis? Qui de femore veltri Jovis prognatum falso dicitis esse Bacchum, cur nostram veritatem rejicitis? Scio me indigna praetenti aufcultatione dicere: sed ut opportune tu Graecos redarguas, haec attulimus ex ipsorum fabulis, ad eos dicentes. Illis vero qui sunt de Circumcisione, sic occurrent, perquire: utrum est difficilis senem & sterilem (mulieribus jam defcientibus) parere: aut virginem juvenem generare? Sterilis erat Sara, & defcientibus jam mulieribus, praeter naturam peperit. Igitur cum & sterilem, & virginem parere sic praeter naturam: aut utrumque nega, aut utrumque concede: Idem enim Deus utrumque operatus est: Neque enim audebis dicere, quod illic quidem possibile, hic autem impossibile est Deo. Et rursus, quæ natura manum hominis una hora in diversas species mutare potest, & rursus restituere? Quonodo igitur Moysis manus, sicut nix alba apparuit, & rursus statim illa albedine illa destituta est? Sed dices, quia Deus voluit mutata est. Illic Deus volens potest: hic autem nunquid non potest, &c. O Judæi! Utrum autem difficilis est Virginem parere, aut virginem in animal mutari &c.? Taceo hic quod Virga Aaron, quod reliquæ arbores per annos plures faciunt, hoc per unam noctem fecit. Quis enim nescit, quod virga corrice destituta, etiam si in mediis fluminibus planterur, nunquam florebit? Quæro igitur sic ab illis: Eva ab initio de quo nata est? Quæ mater conceperat illam, quæ matrem non habuit? Accipimus porro aliud longe majus. Ex corporibus enim corpora giganti, quanvis sit alii, quando paradoxum, sed possibile tamen: ied pulverei terræ hominem fieri, hoc multo mirabilius. Ex unius formæ pulvere & ossium robur, & pulmonis lenitatem, & reliquorum diversitatem membrorum

rum